



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Reus

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

REVELATIO.

1. **R**euelationes probantur sapientium iudicio, sanctitate eorum quibus facte, veritate, & conformitate cum doctrina Catholica.

Reus, vide Iudiciales actus.

Rex, vide Princeps.

Sacramentum, vide Confessor.

1. **S**acramentum cum peccato mortali accipere, aut ministrare, mortale est: requiritur autem ad accipiendum contritio regulariter, & per se excepto Baptismo, & Pœnitentia: administrandum verò requiritur contritio, nisi quis baptizet in necessitate sine solemnitate, aut assistat vt Parochus matrimonio.

* *Sot. d. 1 q. 5. art. 6. Syl. vers. Sacramentum, Tol. l. 1. c. 33. Naua. c. 22. nu. 3. Lopez p. 1 c. 10. Sua. 1. 3. q. 64. art. 6. D. Tho. ibid.*

Baptizet *3 Sot. l. c. in fine, Tol. l. c. Nau. l. c. videtur subditare.*

Assistat *3 Pet. Ledes. q. 42. art. 3. ad 3. Sanchez lib. 2. d. 6.*

2. Sacramenta accipienda à Pastore, quam diu toleratur, etiam si sciatur esse irregularis, aut suspensus, aut excommunicatus, modo non sit denunciatus, aut notorius Clerici percussor. Illum verò subdito petenti ministrando peccare, quidam aiunt, alij negant. quod intel-

A a lige